

Don Alfonso viendo que en los otros libros que llaman de derecho, dan escarmiento por los males que hacen, é no merecimiento por los bienes (4), por eso tuvimos que era razon de mandar poner en este libro tambien gualardon como escarmiento.

(a) Tít. 6, lib. 6 del F. R.—L. 1, tít. 28 del Ord. de Alc.—L. 1 de Toro.—L. 3, tít. 2, lib. 3 de la N. R.

(b) Por los artículos 4 y 14 del Decreto de las Cortes generales y extraordinarias de 6 de agosto de 1811, restablecido con la ley de Señorios en 2 de febrero de 1837, han quedado abolidos los dictados de *vasallo* y *vasallaje*, sin que nadie en adelante pueda llamarse señor de vasallos.

LEX III.—Legum quædam consulunt animarum saluti, quædam vero corporum, prout hic describitur. Hoc dicit.

(1) *Gualardon de los bienes.* Præmia debentur bene merentibus; ut hic, et in *L. ut virtutum, C. de status, et imaginibus*; studia ipsa virtutum sine remuneratione torpescunt. Ambrosius super Lucam, *lib. 5. cap. 6.* et præmium proponitur, ut spes commodi furetur laborem, et abscondat metum periculi. Idem Ambros. super Psalmos in principio.

(2) *Do conviene, é como, é quando.* Nota tria, quæ debent attendi in liberalitate, seu in beneficentia: et adde *L. 18.* et quæ ibi dixit *tit. 5. 2. part.* et ut dicit Ambrosius *lib. 1. de officiis, cap. 50.* Pulchrum est bene velle, et eo largiri consilio, ut proxis, non ut nocuas. Nam si luxurioso ad luxuriæ effusionem, adultero ad mercedem adulterii largiendum putes, non est beneficentia ista, ubi nulla est benevolentia; officere enim istud est, non prodesse alteri, si largiaris ei qui conspiret adversus patriam, qui congregare cupiat tuo sumptu perditos, qui impugnet Ecclesiam: non est hæc probabilis liberalitas, si adjuves eum, qui adversus viduam, et pupillos gravi decernit jurgio, aut vi aliqua possessiones eorum eripere conatur; et parum inferis subdit: deinde perfecta liberalitas fide, causa, loco, tempore commendatur, ut primum opereris circa domesticos fidei; vide ibi, nam latè hoc prosequitur. Item etiam vide *Ecclesiast. cap. 12, v. 1.* ibi, *si benefeceris, scito cui feceris, et erit gratia in bonis tuis multa.*

(3) *Catando los fechos.* Adde *L. aut facta, ff. de penis, L. 8. tit. 51. part. 7.*

(4) *E no merecimiento por los bienes.* Imò in iuribus antiquis hoc reperitur, ut patet in *L. 1. §. hujus studii, ff. de justitia, et jur. L. ut virtutum, C. de status, et imaginibus; L. 1. et per totum, C. pro quibus causis serv. pro premio liber. acci. L. quisquis, in fine, C. ad legem Juliam majestatis, cap. jus militare, 1. distinct. et in plerisque aliis locis, potest dici, quòd apertius hic in istis libris partitarum præmia exponuntur, quàm in voluminibus juris communis, quod patet ex tota serie secundæ Partitæ et signanter in *tit. 27. in L. 2. juncta ibi gloss. 4.* ubi specialem titulum posuit, et *ex lege 51. tit. 18. part. 3. et in multis aliis.**

LEY IV.—Porque han nombre Leyes (a).

Ley tanto quiere decir como leyenda (1) en que yace enseñanza, é castigo escripto que liga (2) é apremia la vida del home, que no faga mal, é muestra, é enseñanza el bien que el home debe hacer, é usar (b): é otrosi es dicha ley, porque todos los mandamientos della deben ser leales (3), é derechos, é cumplidos segun Dios, é segun justicia.

(a) *L. 5, tít. 2, lib. 1 del F. R.—LL. 2, 3 y 4, tít. 6, lib. 1 del F. R.—L. 1, tít. 28 del Ord. de Alc.—L. 1 de Toro.—LL. 2 y 3, tít. 2, lib. 3 de la N. R.*

(b) Esta definicion de la ley es mas filosófica que jurídica, pudiendo definirse diciendo, que ley es una regla de conducta establecida por el soberano.

LEY IV.—Lex est castigatio, seu doctrina scripta reprimens vitam hominis, ne malum faciat, et docens quæ sunt facienda; et dicitur lex, quia ejus præcepta debent esse legalia et justa. Hoc dicit.

(1) *Leyenda.* Ex isto verbo, et cum inferis etiam dicit scripto, videtur hic probari, quòd de substancia legis sit, quòd sit scripta, cum legere sit oculis inspicere, quæ scripta sunt, *L. 1. §. legi autem, ff. de his, quæ in testamento delent.* et licet non fuerat repetitum aliud verbum, scilicet scripto, hoc sufficiebat; quanto magis cum et ita exprimitur; et concordat lex ista in hoc cum *cap. lex est, prima distinct.* ubi abetur, quòd lex est constitutio scripta. Doctores tamen communiter, prout attestatur Felinus in *rubrica de constitut. col. 2.* dicunt, quòd de essentia legis non sit scriptura, et sic quòd potest probari per testes, per text. in *L. 1. versic. per interlocutoriam, ff. de constitut. princip. et in cap. consuetudo 1. distinct. cap. 1. de jurejurand. in 6. in verbo, non scripta; cap. si quis, 1. quæst. 5. cap. institutis, 25. quæst. 1. clemen. dudum, de sepult. cap. 1. de renunt. in 6.* Contrarium tamen imò, quòd de essentia legis sit scriptura, refert tenere Alberic. in *L. de quibus, post gloss. ff. de legibus, et in L. humanum, C. eodem, et in prima parte statutorum, quæst. 14.* Salic. post. Cynum in *dicta L. humanum*, ubi dicit hanc esse communem opinionem; tandem Felinus dicit primam opinionem fundari fortioribus juribus, declaranda tamen est secundum eum, ex verbis Bal. in *dicta L. humanum, ad finem*, quod aut quæritur, an scriptura sit de forma substantiali legis: et dicendum quòd non, an de forma accidentalibus, id est, ad inducendam obligationem ex lege, et tunc requiritur scriptura, quia ante scripturam lex non ligat, et ita jura concordantur; et sequitur ista lex Isidororum, *lib. 5. Etymolog. cap. 5.* cum dicit, *lex à legendo vocata*, quia scripta est.

(2) *Que liga.* Secundum hoc lex dicitur à *ligo ligas*, quia ligat vinculis et præceptis, secundum Polier. refert Archid. in *cap. lex est, 1. distinct.*

(3) *Leales, é derechos.* Adde *cap. erit autem lex, 4. distinct.*

LEY V.—Quales son las virtudes de las leyes (a).

Las virtudes de las leyes son en siete maneras (1). La primera es creer (2). La segunda, ordenar las cosas. La tercera, mandar. La cuarta, ayuntar (3). La quinta, galardonar. La sexta, vedar. La setena, escarmentar. Onde conviene, quel que quisier leer las leyes deste nuestro libro, que pare en ellas bien mientes: é que las escodriñe, de guisa que las entienda (4): ca si las bien entendiere, fallará todo esto que diximos, é venirle han ende dos provechos. El uno que será mas entendido: el otro que se aprovechará mucho dellas. E segun dixerón los sabios (5), el que lee las escripturas, é non las entienda, semeja que las desprecia. E otrosi es atal, como el que sueña la cosa, é cuando despierta non la falla en verdad.

(a) *L. 2, tít. 6, lib. 1 del F. R.*

LEY V.—Legis virtus est, credere, ordinare, jubere, unire, præmiare, vetare, punire. Hoc dicit.

(1) *En siete maneras.* Concordat cum *L. legis virtus, ff. eod. et cap. omnis autem lex, 5. distinct.* et ista septem reduci possunt ad quatuor, de quibus ibi, vide per Bal. in *rubric. C. de conditione ex lege, etc.* Hostiens. in *summa, tit. de constit. versic. quæ et quot virtutes.*

(2) *Es creer.* Jubet enim lex, seu ostendit, quæ sunt credenda per fidem, ut *infra ead. part. tit. 3.*

(3) *Ayuntar.* Pone exemplum in *casu L. penult. C. communia utriusque judicii etc. et L. 1. tit. 5. 4. part.* vel quando jubet lex coadunari homines ad Regis et Regni defensam: ut habetur *2. part. tit. 19. ad L. 5. usque in fine*, vel quando jubet inter dissentientes poni treguam, vel pacem, *cap. 1. 90. dist. et 7. part. tit. 12, per totum*, vel dic, quod dicit, ob id quod habetur in *L. 6. et 7. infra, eodem.*

(4) *Que las entienda.* Vide in *L. 13. infra, eodem, et L. scire leges, ff. eod.*

(5) *Los sabios.* Legere, et non intelligere, est negligere; et dicit Salic. in *L. si ex cautione, col. fin. C. de non numerata pecun. sileant qui scripta tantum discurrunt, et propter frigiditatem stomachi in eis contenta non digerunt.*

LEY VI.—Onde fueron sacadas estas leyes (a).

Tomadas fueron estas leyes de dos cosas: la una, de las palabras de los Santos (1), que fablaron espiritualmente lo que conviene á bondad del home, é salvamiento de su alma. La otra, de los dichos de los Sabios (2) que mostraron las cosas naturalmente: que es para ordenar los fechos del mundo, de como se fagan bien, é con razon. E el ayuntamiento destas dos maneras de leyes han tan gran virtud, que aducen cumplido ayuntamiento al cuerpo é al alma del home. E por ende el que las bien sabe, é entiende, es home cumplido, conociendo lo que ha menester para pró del alma é del cuerpo.

(a) *LL. 2, 3 y 4, tít. 2, lib. 1 del F. J.—LL. 1 y 2, tít. 6, libro 1 del F. R.—L. 1, tít. 2, lib. 3 de la N. R.*

LEY VI.—Ostendit unde leges istæ sumptæ fuerunt, ut supra eodem *L. 2.* Hoc dicit.

(1) *De las palabras de los Santos.* Dicta ergo Sanctorum habentur pro lege in decisionibus causarum, adde *cap. de libellis, 20. distinct.* ubi Gloss. et Doctor. et dixit ibi Gloss. quòd ubi dictum alicujus Sancti juvatur autoritate Juris Divini, potius ei quam constitutioni Summi Pontificis standum est: dicit tamen Abb. referendo dict. gloss. in *cap. tua de decimis, in 3. notabil.* quòd determinare hoc potius expectat ad concilium generale, quam ad privatam personam, allegat *cap. 3. juncto cap. placuit, 56. quæst. 2.*

(2) *De los sabios.* Creditur peritis, ut hic, et in *L. septimo mense, ff. de statu homin.* vides ergo hic, quòd leges istæ sumptæ sunt à Sacra Scriptura, et dictis Sanctorum, et dictis Sapientum legalis philosophiæ; et sic à legibus Jurisconsultorum, et aliorum sapientum.

LEY VII.—De las leyes que pertenescen á la creencia de la Fe, é de las que pertenescen al gobierno de las gentes (a).

A la creencia de nuestro señor Jesu-Christo pertenescen las leyes que fablan de la Fe. Ca estas ayuntan al home con Dios por amor: ca en creyendo bien en él, por derecho conviene que le ame, é que le honre (1), é que le tema amándolo por la bondad que en él ha: é otrosi por el bien que nos él hace. E hanlo de honrar por la su grand nobleza, é por la su grand virtud. E temerle por su grand poder, é por la su grand justicia, é el que esto ficieren non puede errar que non haya el amor de Dios cumplidamente. E al gobierno de las gentes pertenescen las leyes que ayuntan (2) los corazones de los homes por amor: é esto es derecho é razon: ca destas dos sale la justicia cumplida, que face á los homes vivir cada uno como conviene. E los que así viven, non han porque se desamar, mas porque se querer bien. Por ende las leyes que son derechos, facen ayuntar la voluntad del un home con el otro desta guisa por amistad.

(a) Tít. 6, lib. 1 del F. R.—L. 1, tít. 1, lib. 1 del Ord. R.—L. 1, tít. 28 del Ord. de Alc.—L. 1 de Toro.—L. 1, tít. 1, lib. 1; y L. 3, tít. 2, lib. 3 de la N. R.

LEY VII.—Ex fide in Deum procedit amor, et timor Dei. Ex legibus, quæ ad bonum gentium regimen factæ sunt, justitia oritur, quæ rectè et decenter homines vivere facit, et invicem diligi. Hoc dicit.

(1) *Que le ame, é que le honre.* Vide de his *2. part. tit. 2. per totum.*

(2) *Ayuntan.* Hæc est virtus legis, ut supra eod. *L. 5.*

LEY VIII.—Quales deben ser las leyes en sí (a).

Cumplidas deben ser las leyes, é muy cuidadas (1), é catadas, de guisa que sean con razon (2), é sobre cosas que pueden ser segund natura (3), é las palabras dellas que sean buenas, é llanas é paladinadas (4), de manera que todo hombre las pueda entender é retener. E otrosi han de ser sin escatima (5) é sin punto: porque non puedan de el derecho sacar razon torticera por su mal entendimiento: queriendo mostrar la mentira, por verdad: ó la verdad, por mentira: é que no sean contrarias (6) las unas de las otras.

(a) *LL. 1 y 6, tít. 1; y LL. 2, 3 y 4, tít. 2, lib. 1 del F. J.—LL. del tít. 6, lib. 1, del F. R.—L. 1, tít. 2, lib. 3 de la N. R.*

LEY VIII.—Lex debet esse perfecta, et facta super his, quæ possunt occurrere secundum communem naturam, bonisque vocabulis et intelligibilibus, et planè composita; nec debent leges ad invicem contrariari. Hoc dicit.

(1) *Muy cuidadas.* Quia cum leges institutæ fuerint, non erit liberum judicare de ipsis, sed oportebit judicare secundum ipsas: *cap. erit autem lex 4. distinct.* et cum maturitate consilii edi debent: *L. humanum, C. eod. et infra L. proxima.*

(2) *Con razon.*—In dubio lex præsumitur rationalis, nisi contrarium probetur, secundum Bal. in *L. quod verò, ff. de legibus, allegat cap. illa, 12. distinct.* Si tamen est injusta, et continet in se peccatum non remissibile per ipsum Principem condentem, non est talis lex à subditis recipienda: *cap. erit autem lex, 4. distinct.* Ab in *cap. significavit, col. 2. de offic. ordin.* et dicit singulariter et Joan. de Imol. in *repetitione, cap. fin. de præscript. in primo notabili* quòd si lex civilis nutrit peccatum veniale tantum, non tenet, per id quod in simili dicitur de juramento nutritivo peccati venialis, quod non tenet per Gloss. et Archid. in *cap. si aliquid, 22. quæst. 4.* refer. et sequitur Felin. in *cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, col. 15. vers. limita 2. de consit. et dicit Gloss. in cap. inter cetera 16. quæst. 5.* quòd si lex est injusta, numquam valet aliquo temporis cursu, et intentio legislatoris semper debet ordinari ad bonum commune, ut tradit Bal. in *authent. habita, col. 3. C. ne filius pro patre*, ubi dicit verbum notabile, quòd propter insigne maleficium etiam potest fieri statutum contra delinquentem, post maleficium commissum (a) ut not. in *L. amisione §. qui deficiunt, ff. de cap. dimi. et hoc favore communis boni, quia exterminandi sunt qui publicè obsunt.* Item in iuribus condendis, non solum jura singulorum, et publica utilitas servanda sunt, sed etiam honestas est attendenda, *dic. cap. erit autem lex, L. colonus nulla, et ibi notat Joan. de Plat. C. de agricolis, et censitis, lib. 11.*

(3) *Segund natura.* Secundum naturalem rationem, dicit. Gloss. in *cap. erit autem lex.* Subtilitas namque rationis, Bald. in *L. in rebus, col. 2. C. de jure dot.* hinc est, quòd ratio naturalis æquivalet legi, ut tradit Joan. de Plat. in *L. finali, C. de consilibus, et lib. 12.* unde lege deficiente, allegari potest ratio naturalis, Gloss. in *cap. consue-*

(a) Por grave que sea un crimen non debe ser castigado con arreglo á una ley que non existia quando se cometió. Nuestra Constitucion politica de 1845 dispone en su artículo 9.º que ningun español pueda ser procesado ni sentenciado sino por el juez ó tribunal competente, en virtud de leyes anteriores al delito, y en la forma que estas prescriban.—El axioma de que las leyes non tienen efecto retroactivo es de derecho natural, y conservador de la fortuna, honra y vida de los ciudadanos. Este principio es general en cuanto á las leyes tanto civiles como penales (sustantivas ó derecho sustantivo, como lo llama Bentham); porque unas y otras dan derechos, de los cuales, una vez adquiridos, no puede privarse al que los tiene sin causar un despojo, como sucederia indudablemente si las leyes tuviesen efecto retroactivo. Pero aquel principio admite una excepcion, si tal puede llamarse, respecto á las leyes de procedimiento (que Bentham llama adjetivas ó derecho adjetivo), ó sea las reglas de sustanciacion de los juicios civiles y criminales, pues quando el legislador juzga conveniente alterarlas, se observan desde luego las nuevamente establecidas, aun cuando las actuaciones hayan principiado antes de la promulgacion de las mismas. Sin embargo, los juicios abiertos continúan sin retroceder en el estado en que se hallan, y quedan firmes los que se encuentran ejecutoriados conforme á las leyes anteriores. La razon de esta diferencia consiste en que las leyes de procedimientos dejan intactos los derechos consignados en las civiles y penales.

todo, prima distinc. et naturalis ratio numquam circumscribitur loco, quia ipsa cum humano genere orta est. Bald. in L. nemo. C. de senent. et interlocutionibus omnium iudic. optimus legis clypeus est ratio naturalis, Bald. in L. unica, §. in primo. C. de caducis tollendis, ubi et dixit, quod quæ sunt rationi naturali subnixæ, debent perpetuo intacta custodiri, et inter prætendentes supremam potestatem, non cadit alius arbiter, nisi ipsa ratio naturalis, Bald. in princip. C. col. penult. Vel ideo dicit secundum naturam, quia contra jus naturæ non fit lex, §. sed naturalia, instit. de iure nat. gent. et civil. nam dispositio legis debet convenire dispositioni naturali, Bald. in L. acceptan, col. 2. C. de usur non enim lex debet offendere naturam, L. lege 12. tabular. C. de legitimis hæredibus.

(4) Llanas è paladinas. Adde dict. cap. erit autem lex, et authent. de test. imperfect. col. 5.

(5) Sin escatima. Ne quid per obscuritatem incautum captione contineat, ut subicit, et habetur in dicto cap. erit autem lex.

(6) Contrarias. Adde in 1. constitutione C. §. quibus, ubi Bald.

LEY IX.—Como deben ser fechas las leyes (a).

Fechas deben ser las leyes é cumplidas, segun diximos en la ley ántes desta. Otrósí, debe ser mucho escogido (1) el derecho que en ellas fuere puesto, ántes que sean mostradas á las gentes. E quando desta guisa fueren fechas, serán sin yerro, é á servicio de Dios, é á loor y honra de los Señores que las mandáron hacer, é á pró é á bien de los que por ellas se ovieren á juzgar. E otrósí, deben guardar, que quando las ficieren, no haya ruido ni otra cosa que los estorbe, ó embarque: é que las fagan con consejo de homes sabidores, é entendidos, é leales, é sin cobdicia. Ca estos atales sabrán conoscer lo que conviene al derecho é á la justicia, é á pró comunal (2) de todos.

(a) L. 5, tit. 4, lib. 1 del F. J.—L. 1, tit. 28 del Ord. de Alc.—L. 1 de Toro.—LL. 3, 7 y 8, tit. 2, lib. 3 de la N. R.

LEY IX.—Lex condenda est cum concilio proborum sapientum, et ejus jus antequam publicetur est diligenter scrutandum, ut evitatio errore ejus conditor laudetur, et populus ad legis obedientiam magis teneatur. Hoc dicit.

(1) Escogido. Adde L. 1. ff. eod. et C. eod. L. humanum.

(2) A pró comunal. Lex debet ferri ad communem utilitatem, ut hic, et ff. eod. L. 1. et cap. erit autem lex, 4. distinct. Non ergo ad privatam utilitatem condentis, cap. cum omnes, de constitutione. nec in odium certæ personæ, si odium sit irrationale, ut tradit Bald. in dicta lege 1. et quantumcumque verbis generalibus concipiatur, si probari potest aliquibus legitimis conjecturis, in odium certæ personæ specialiter statutum, potest appellari á tali iniquitate, ut tradit Bartol. in L. omnes populi, col. 18 ff. de justitia, et jure.

LEY X.—Que provecho viene de las leyes (a).

Muy grande es á maravilla el pró que aducen las leyes á los homes: ca ellas muestran á conoscer á Dios: é conociéndole, sabrán en que manera lo deben amar é temer. E otrósí, les muestra conoscer sus Señores é sus Mayoraes, é en que guisa les deben ser obedientes é leales. Otrósí muestran, como los homes se amen unos á otros, queriendo cada uno su derecho para el otro, guardándose de le non hacer, lo que no querría que ficiesen á él. Ca en guardando bien estas cosas, viven derechamente, é con folgura (1), é en paz, é aprovechase cada uno de lo suyo, é á sabor de ello, é enriquescen las gentes, é amuchiguase el pueblo, é acrescentase el Señorío, é refrenase la maldad, é cresce el bien. E por todas estas razones dan carrera al home, porque haya bien en este mundo é en el otro.

(a) LL. 2, 3, 4 y 5, tit. 2, lib. 1 del F. J.—Tit. 6, lib. 1 del F. R.—L. 1, tit. 28 del Ord. de Alc.—LL. 1 y 3, tit. 2, lib. 3 de la N. R.

LEY X.—Legis bonitate ostenditur notitia, amor, et timor Dei, domini que naturalis obedientia et fidelitas, atque dilectio proximi: ut quod quis non vult fieri sibi, alteri non faciat. Et servatis his, quiescunt homines, proficiunt, ditantur, augetur populus, crescit respublica, et malitia refrænatur. Hoc dicit. Concordat lex prima, versio. cum itaque, C. de veteri jure enucleando, etc.

(1) Con folgura. Lex facit patrias habitare cautè, proprias facultates habere firmissimè, et justitia iudicium frui, ut habetur etiam in authent. ut iudices sine quoquo suffragio, §. itaque. Legibus enim freti homines contra ennea inimicorum jacula persistere valent, cap. 5. 11. distinct. et secundum Casiod. 3. variar. lectionum, qui sine lege vul agere, cuncta disponit Regna cassare. Quid enim potest esse felicitus, quàm homines de solis legibus confidere, et casus reliquos non timere? Jura publica certissima sunt vitæ solatia, infirmorum auxilia, potentum fræna, arma unde securitas venit, et conscientia proficit.

LEY XI.—Qual debe ser el facedor de las leyes (a).

El facedor de las leyes debe amar á Dios é tenerle ante sus ojos, quando las ficiere, porque sean derechas (1) é cumplidas. E otrósí debe amar justicia, é pró comunal (2) de todos. E debe ser entendido para saber departir el derecho del tuerto (3), é no debe haber verguenza é mudar (4) é enmendar sus leyes quando entendiere, ó le mostraren razon (5) porque lo deba hacer: que gran derecho es, que el que á los otros hade enderezar, é enmendar, que lo sepa hacer á si mismo (6) quando errare.

(a) L. 5, tit. 4, lib. 1 del F. J.—L. 1, tit. 28 del Ord. de Alc.—Leyes 1 y 3, tit. 2, lib. 3 de la N. R.

LEY XI.—Legis conditor debet amare Deum, et in ea condenda præ oculis eum habere, ut sic perfecta et justa. Item debet justitiam, et bonum commune diligere, et scire bonum ab illicito separare, nec pudeat, eum si injusta sibi videatur, corrigere.

(1) Porque sean derechas. Quia vae eis qui condunt leges iniquas. Esaiæ cap. 10. v. 1.

(2) Pro comunal. Adde supra, eod. l. 9.

(3) El derecho del tuerto. Adde L. 1. §. hujus studii, ff. de justit. et jur. ibi: æquum ab initio separantes, licitum ab illicito discernentes.

(4) Mudar. Adde cap. non debet, de consanguinitate, et affinitate. et text. notab. in auct. de non alienand. aut permut. §. ut autem lex, colla. 1. ibi: Quid enim erit stabile inter homines, et ita immobile, ut nullam patiatur mutationem? Cum omnis noster status sub perpetuo motu consistat, et text. in authent. quibus mod. nat. off. leg. in princ. col. 5. et ibi Bar. et text. in authent. ut fratrum filii, in princ. colla. 9. vide etiam in præmio Clement. et L. quod ad præsens, C. de muril. lib. 11. et dicit Bald. in L. unico col. 2. C. de caduc. tollend. Querit sæpè Papiensis antistes, cur leges una die statuunt unum, alio die statuunt aliud oppositum. Sed huic questione respondet hæc lex, quod sicut aliud est justum tempore guerræ, quod est injustum tempore pacis; ita illud est justum, quod cuilibet in tempore suo expedit: nam sicut medicus observat tempora, ita jurisperitus, et non semper eadem res omni tempore est virtus, ut tradit beatus Gregorius 28. lib. moral. cap. 14.

(5) Razon. Non enim debet legislator facilis esse in mutando leges: imò debet potius aliquid inconveniens (dum non sit nimis magnum) tolerare, quam leges mutare: quia ex hoc assuescunt homines, ut non æquo animò ferant leges, sed moliantur ipsarum frequentem mutationem: quod non modicum detrimentum infert reipublicæ, ut tradit philosophus secundo Politicorum, et refert Præpos. Alexand. in cap. erit autem lex, 4. distinct.

(6) A sí mismo. Adde, capitulum qualiter, et quando, 1. de accusat. et ibi Gloss.

LEY XII.—Quien ha poder de facer leyes (a).

Emperador ó Rey (b) puede facer leyes sobre las gentes de su Señorío (1), é otro ninguno (2) no ha poder de las facer en lo temporal: fueras ende, si lo ficiesen con otorgamiento dellos. E las que de otra manera fueren fechas no han nombre ni fuerza de leyes, ni deben valer en ningun tiempo.

(a) L. 1, tit. 28 del Ord. de Alc.—L. 1 de Toro.—L. 3, tit. 2, lib. 3 de la N. R.

(b) Esta ley y la parte de las que teniendo relacion con la misma se han citado por concordancia en la nota que precede, han sido derogadas sucesivamente por nuestras Constituciones políticas de 1842 y 1837, y por la de 1843 que es la vigente, la cual declara en su art. 12 que la potestad de hacer las leyes reside en las Cortes con el Rey.

LEY XII.—Imperator aut Rex in dominio suo, vel alius ejus mandato, potest legem condere super temporalibus. Hoc dicit.

(1) Sobre las gentes de su señorío. Ex hoc verbo videtur, quod loquatur ista lex in lege generali ad totum regnum, quàm nullus alius, Rege excepto, condere potest, ut hic et in L. final. ad finem C. de legibus. Si tamen sint statuta particularia Locorum, Villarum, et Civitatum Regni, non tollit illa hæc lex. Remanebunt ergò in dispositione juris communis, secundum quod per multas leges permittitur populis condere statuta. L. omnes populi, ff. de justitia, et jur. L. 1. C. de eman. liber. L. Antiochiensium, ff. de privileg. credito. L. prohibere, §. plane, ff. quod vi, aut clam. L. ut gradatim, §. 1. ff. de mun. et hono. L. item eorum, circa principium, ff. quod cujusque universalitatis, et de pace Constantiæ, in verbo, secundum leges et mores civitatum, cap. jus civile, prima distinct. cap. venientes, de jureju. facit bene L. penult. tit. 1. 2. part. ubi habetur quod Duces, Comites, Marchiones, seu ceteri domini non possint in eorum terris legem condere sine consensu populi: à contrario ergò sensu, interveniente consensu populi, permittit illa lex, quod possint: et ut ibi dixi, tum validatur statutum, seu factum à populo, non à Duce vel Comite, et tantum intervenit dominus, ut magistratus auctoritatem præstans: ut declarat Albericus in dicta L. omnes populi, col. 9. in principio, versio. quid ergo dicemus. Ubi dicit, quod superior debet populum, seu ejus consiliarios, ad hoc solemniter convocare, et propositionem facere de lege condenda, ut in §. lex, et §. plebiscitum, instit. de jure natur. L. 2. C. de Decurio lib. 10. et isto modo intelligit opinionem illorum, qui dicunt, quod, in statutis populi requiratur auctoritas superioris; et quod populi etiam jurisdictione carentes, possunt pondere statuta, est magis communis opinio Legistarum, et Canonistarum in dicta L. omnes populi, et in cap. quod Clericis, ubi Abb. col. final. de foro competent. Alexand. in L. 1. col. 5. ff. de jurisdict. omni. jud. Jas. in dicta L. omnes populi, col. 10. adducens Bal. in Rubrica de constit. ubi tenet, quod in statuto, vel in ordinatione populi non requiritur consensus Principis; sed sufficit auctoritas proprii magistratus, et licentia generalis, quam habent per dictam legem omnes populi, sive constitutio concernat jurisdictionem, sive non, ubi Jas. et alios refert; vide ibi per eum hæc limitatem, nisi respectu penæ, quam dicit civitates, vel castra, si careant jurisdictione, non posse opponere, secundum Innocent. in cap. cum accessissent, de constit. Anto. et alios in cap. cum omnes, in fine. eod. tit. Angel. in L. 1. in principio, ff. si quis jus dicenti non obtemper. Quod tamen sublimitat tribus modis; videlicet, nisi haberent potestatem statuendi ab habenti jurisdictionem, vel si carentes jurisdictione obligarent se ad invicem sub penâ ad observantiam statuti, vel nisi ex consuetudine haberent potestatem apponendi penam: cui adde in hoc Joan. de Pla. in L. 1. C. de usu fiscal. lib. 10. col. 2. ubi dicit: Quòd licet villæ, et castra habeant, ut possint facere statuta, non tamen possunt facere statuta penalia, nisi habeant ex consuetudine, quæ habetur pro speciali privilegio, cap. super quibusdam, de verbor. signifi. §. præterea, et L. viros, C. de diver. offic. lib. 12. Secundò limita istam magis communem conclusionem, quòd statuta populorum fierent super concernentibus administrationem rerum suarum: secus esset, si statuerent in pertinentibus ad decisionem causarum, secundum Bar. in L. omnes pop. 1. quæst. et bene confert, quod notat Abb. in cap. 1. col. penult. de his

quæ sunt à major. parte cap. post. gloss. ibi, quòd capitulum potest statuere etiam sine Episcopo in his dumtaxat, quæ concernunt facta ipsius capituli: aliàs non valet statutum sine consensu prælati, et adde ad hoc, quod habetur in volumine Pragmaticarum sub Capitulis correctorum, cap. 16. ibi: «E si vieren que algunas ordenanzas se deben desfacer, ó enmendar, las farán de nuevo, con acuerdo del regimiento, mirando mucho á las que tocaren á la eleccion de los officios, para que se elijan justamente sin parcialidad, asimismo á las que conciernen al bien comun, asi en que los menestrales, é otros officiales usen de sus officios bien, é fielmente, sin fraude alguno, como en que la tierra sea bien bastecida de carnes, é pescados, é otros mantenimientos á razonables precios, é que las calles é carreteras, é carnerías estén limpias, é que las salidas del lugar estén asi limpias é desocupadas: é las ordenanzas que ansi enmendaren, ó de nuevo hicieren, envien á nos el traslado de ellas, para que nos las mandemos veer é proveer sobre ello»

Retuli in specie ista verba: quia conferunt multum ad cognoscendum ea, quæ concernunt administrationem rerum publicarum: et quia vult illa lex ut Princeps adeatur pro confirmatione talium statutorum, vel saltem ut videat, an sit ibi aliqua, quæ sint reprobanda, et non servanda. Et isto modo videtur, quod debeat intelligi L. 25. tit. 1. lib. 7. Ordinamenti regal. quæ jubet ordinationa civitatis, et populorum servari. Huod autem, quando Princeps est præses in civitate, ejus auctoritas requiratur in statuto, tenet Bald. in leg. humanum, C. eodem. Et licet Principis auctoritas, seu confirmatio statuti interveniat, in versitas quæ fecit statutum, posset collegialiter contravenire inconsulto Principe secundum Abbatem in cap. dilecto, column. 2. de præbendis. Et prædictis adde, quod habetur in Carris de Valladolid, anno Domini 1557, petitione 28.

Tertiò, limita istam conclusionem, dummodo populus non statuatur contra leges juris communi Regni, nam super talibus statuere non potest, secundum Jacobum de Are. in dicta leg. omnes populi: quia si par in parem non potest statuere, multo minus inferior contra legem superioris, cap. cum inferior. de major. et obed. L. nam. et magistratus, ff. de arbi. licet Albericus ibi column. 2. teneat contrarium, et malè iudicio meo; quia tale dictum est enervare, et tollere regiam potestatem, et regis legibus non obedire: nec est verisimile per legem omnes populi, talem potestatem Imperatorem dedisse populis, quia redundaret in contemptum suarum legum: quod et non potuit negare Albericus in dicta L. omnes populi, col. 6. ubi dicit, se hoc fateri: sed dicit, quod imperator habet frenum in manu, et potest dictam L. omnes populi, et omnia statuta populorum revocare una lege levissima. Certe rectius diceretur, quod generalitas legis omnes populi, restringatur ad ea, quæ non sunt contra leges Imperatoris: ex quo lex illa pati potest talem sensum, et concordari cum jure communi. Ab hoc, L. forma, C. de officio Præfecti Prætor. et Clement. ne Romani, de electione, et præmaximè in istis regnis, ubi non invenitur per istas leges Partitarum, nec per alias leges regni ita indistinctè approbata dispositio dictæ L. omnes populi, neque permissa populis potestas, de qua ibi, nisi eo modo quo dictum est superius, et infra, tit. 2. L. 9. et facit quod eleganter dixit Angel. in L. Imperium, column. 2. ff. de jurisdictione. omnium iudic. quòd condere legem, est de supremo Imperio, quod soli Principi competit; et si Princeps concederet populi, quòd statum contra suas leges, esset concessio contra supremam potestatem, quod neque Princeps posset, Bald. in L. 1. versio. in initio, column. penult. ff. de offic. Præfecti urbis, et in specie Lucas de Penna in L. contra publicam, column. 4. et 5. C. de re militari, lib. 12. Neque obstat, si dicatur, quòd sicut populus potest inducere consuetudinem contra legem Principis, sic et possit statuere, ut L. de quibus, ff. de legibus: nam ad hoc respondetur ex L. 5. infra tit. 2. ubi habetur, quòd talis consuetudo debet robari ex consensu Regis, aliàs non procederet; et vide juxta hoc quæ notat Bartolom. in dicta L. omnes populi, in 3. questione principali.

(2) Otro ninguno. Non ergo Duces, Marchiones, comites, nec ceteri Magistratus inferiores à Principe, ut et habetur in L. Penult. tit. 1. 2. part. ubi de hoc dixi aliquid, remittens me ad hic dicenda: nam Bart., in dicta L. omnes populi, in 4. questione primæ questionis principalis, vult majores Magistratus saltem perpetuos posse condere statuta, et in L. 3. in princip. ff. de verborum obligat. dixit, actiones descendentes ex istorum statutis esse annales, licet statuta sint perpetua: idem de validitate istorum statutorum tenet Bart. in L. 1. in princip. ff. quod quisque juris. Petrus de Anchar. in cap. ca-